



# De arte loquendi et tacendi

<https://hdl.handle.net/1874/341248>

3

Tractatus de doctrina dicendi et tacendi/ab albertano  
causidico/Brixensi de ore beate agathe cōpositus. Sub  
anno. M. ccc. lv. feria quarta post vincula petri

**I**nio medio ac fini tractatus mei aslit gracia  
sancti spūs. Quomā in dicendo multi errant.  
Nec est aliquis qui linguā suā ad plenū vale  
at domare/beato iacobo hoc testante. Natus  
re bestiarū et serpentū ac volucū et ceterorū domant/et  
a natura hūana domata sunt. linguā aut suam nemo doma  
re potest. Ideo ego albertanus breuē doctrinam sup di  
cendo atq; tacendo/vno vsiculo ap̄bensam tibi filio meo  
stephano tradere curavi. Versiculus autē hic est. Quis  
quid. cui. dicas. cur. quomō. quādo. requiras. Vex quia  
hec verba in hoc vsiculo ap̄bensa/ponderosa sunt et gene  
ralia. et generalitas parit obscuritatē. ut. ff. de iure fi. ci.  
l. ita fidei. Ideo illa exponere et p̄ modulo mee sciencie  
licet non ad plenū p̄posui dilucidare. Tu igit fili karissi  
me. cū loqui desideras a temetip̄o incipe debes/ad exem  
plū galli/qui antequā cantet cū alis ter se p̄cutit. In p̄n  
cipio itaq; dicti tui/antequā ad os tuū spūs verba p̄du  
cat/teip̄m et om̄ia verba in hoc versiculo posita requiras  
idest inquiras teip̄m. et a teip̄o non solū queras semel/s;̄  
iterū queras. nam istud reiteracōz significat seu denotat.  
ut dicas requiras idest iterū queras. Sicut em̄ repetere  
dicitur quis idest iterum petere. ita requirere quasi ite  
rum querere.

**R**equiras ergo in aīo tuo a teip̄o quis es/quid di  
cere vis. vtrū dictū illud ad te ptineat. an pot̄  
ad alium. Nam si ad alium potius q̄ ad te di  
ctū illud ptineat/illi dicto te immiscere non debes. Si  
cut enim per leges culpa est permiscere rei ad se non pt̄i  
nenti. ut dicit regula iuris. ita culpa est dicere quod non



ad se ptineat Salomon in puerbiis dixit. Sicut qui ap-  
prehendit a viribus canē/ita qui trāsit et impacēs con-  
miscet alterius rixē. Et ibesius syrac dixit. de ea re q̄ te n̄  
molestat ne certaueris. Scdo requiras teipm et a teipso  
vtrum in plano et quieto pmaneat sensu an vero ira vel  
aliqua pturbacione animi existas motus. nam si turba-  
tus est animus tuus a locutione cessare debes in motus  
tui animi turbatos cobibere ira durante. **N**it enim tullius  
Virtus est cobibere motus animi turbatos/et petitiones  
obedientes efficere rationi. et ideo tacere debes iratus.  
quia ait seneca. Iratus nichil nisi criminis loquitur. quā-  
re etiam catho dicit Iratus de re incerta contendere no-  
li. Ira impedit animum ne possit cernere verum. Et alibi  
dicitur. lex videt iratum/iratus non videt illam. **V**nde  
quidius. Vince animū irāqz tuā/qui cetera vincis/vnde  
et tullius dicit. Ira pcul absit/cū qua nil considerari re-  
cte potest. quia que in aliqua pturbacione fiūt/ea nec cō-  
stanter fieri pnt. neqz hīs qui assunt approbari. **N**am et  
petrus alfōsius dixit. Natura hoc habet humana ut ani-  
mo quoquo pacto perturbato/in vero falsoqz discernen-  
do/discretionis careat oculo. **E**t si de ira irato atqz iracū-  
do/scire volueris plenius. lege in libro quem composui  
de amore et dilectione dei et aliarū rex. et de forma vite  
in titulo de amicitia iracundi hominis vitanda. **E**t certe ca-  
uere debes/ne voluntas dicendi intm te moueat atqz ad  
dicendū te iudicabit qz appetit2 tuus rōm non asenciat  
**N**it enim salomō. Sicut vrbs patēs et sine muroz ambir-  
tur/ita vir qui non potest cobibere spiritū suū in loquēdo  
**V**nde etiaz dicit consuevit. Tacere qui nescit/loqui nescit  
quidam sapiens itterrogatus cur tantum taceret. an quia  
stultus esset respondit stultus tacere non potest **E**t alibi



2  
salomō dixit. Aurū tuū et argentū tuum conflat. et verbis  
tuis facito staterem. et impone ori tuo frenos rectos. Et  
attende forte ne labaris in lingua/et sit casus tu2 insana-  
bilis in morte. Et itez idem ait. Qui custodit os suū cu-  
stodit ammā suam. qui autē inconsideratus est ad loquēdū  
sciet mala. Et catho dixit. Virtutē primā puto apesce  
linguam. Proximus ille deo/qui scit rōm tacere. Tercio  
regras teipm et a teipō in aīo tuo recogita. quis es qui  
aliū reprehendere vel alii dicere vis. vtrū de simili dicto re-  
phendi valeas. Nam dixit beatus paulus in epistola ad  
ro. Inreusabilis es o homo qui iudicas. in quo enim iu-  
dicas alter teipm ademas. eadem igit agis q̄ iudicas.  
Et in eadem epi. subiicit. Quid ergo alium doces/teipm  
non doces. qui p̄dicas nō furandū/furaris. qui dicis nō  
mechandū mecharis. qui abhominaris pdola /sacrilegū  
facis/deū inbonoras. Et catho dixit. Qui culpā soles  
ea tu ne feceris ip̄e. Turpe est doctōri cum culpa redar.  
Sicut ip̄m. Nam bñ dicere et male opari /nichil aliud est  
quā seppria voce damnare. vt aug2. ait. Et alibi idem ait  
catho. Alteri2 dictum vel faciū ne carpsaris vnquam. Ex  
emplo simili ne te derideat alter. Quarto requiras a te  
ip̄o intra te/quis es quid dicere velis. vtz bñ doctus vel  
indoctus. et vtrū qd dicere velis bñ sapias. alioquin bñ  
dicere non vales. nam qdam sapiens interrogavit quō-  
dā optime posset dicē qd si tmmodo dixeris/quid bñ scue-  
ris. Et ibi sus syrac dixit. Si est tibi intellectuus responde  
primo. Sim aut /sit manus tua sup os tuū ne capiaris in  
verbo in disciplinato et dūdatis. Quinto regras qs erit  
effectus tue locucōis. qdā em ab inicio vident bona q̄  
malū effectū sunt habitura. dixit em ibesus syrac. in omi-  
bus bonis duplicia mala inuenies. quare non solū princis-  
piū sed etiam finem requirere debes et excogitare. Vnde



pamphi. dixit. Principiū finēq; rei prudēcia spectat. re  
rū finis habet crimē et omē decus. vbi principiū finemq;  
circūspice verbi ut melius possis p̄meditati loqui. **S**im  
aut verbū qd̄ dicere vis dubiū appeat. utrū bonum esse  
etū habiturū sit/an non. silere debes potius q̄z dicere. Nam  
dixit petrus Alfon. qui fuit poptimus philo. Si dicere me  
tuas vñ peniteas. semp melius est q̄z nō fiat qm̄ q̄ fiat.  
**S**apiētī em̄ magis expedit tacere pro se qm̄ loqui extra se.  
q̄z paucos aut neminē tacendo/multos loquendo circū  
uentos inuenis. verba em̄ sagittis sunt quasi similia. fa  
cile em̄ emittunt. difficile detrahunt. quare dici consue  
uit. **E**uolat emissum semel irreuocabile verbū. **V**nde in  
dubiis melius est tacere q̄z dicere. sicut i factis dubiis me  
lius est nō facere q̄z facere. vt ait tullius dicēs. **V**nde p̄ci  
piūt q̄ vetāt agere qd̄ dubites. an equū uel iniquum sit.  
**E**quitas em̄ p se lucet. dubitacō aut p se otinet significa  
cionē iniurie. **E**t alius dixit. **S**i qd̄ dubitas non feceris.  
cū em̄ iudicio qd̄ negatū fuerit fugito. qz ut seneca dixit.  
solet esse in dubio p̄ consilio temeritas. **E**t certe ad intelli  
genciā et exposicōz huius sillabe q̄s multa notari possent  
s; ista quīq; exēpla posita leuitatis cā sufficiāt.

**P**rodictis notatis/diligentq;  
cognitis sup hac sillaba q̄s. sequit̄ videre aliq;  
exposicōis cā sup hac sillaba quid. **E**t certe re  
quirere debes qd̄ dicas in primis utrū verum uel falsum.  
**N**at em̄ ihesus sirac. an omnia opa tua verbū verax proce  
dit a te. et an omnē actū cōsiliū stabile. sup omnia em̄ ve  
ritas colēda est. que sola deo facit hoies primos. cū ip̄e  
deus veritas sit. ipomet hoc testāte cum diat. **E**go sum  
via veritas et vita. **S**i ergo loqui debes vitatē cōmode  
dicas. mendacum dolosum penitus fugato. **N**at em̄ Sa  
lomon in ecclesia. potius est diligendus fur q̄z assiduus



in mendacio. Et alius dixit acquiescere vitati siue a te  
place siue tibi oblate. et etiam cassiodorus dicit. Desumma  
consuetudo est despiciere veritatem puram in qua nichil im-  
misceatur falsitatis. Nam ut idem ait. bonum est verum si non  
aliquid immisceatur aduersum. intelligo etiam de simplici ver-  
tate. ait enim seneca. Oratio eius que veritati operam dat in-  
composita et simplex esse debet. ita ergo veritatem loqui  
debes ut dictum tuum habeat pondus iurandi. et si ni-  
hil intersit tibi simplici tuae assertionem et iurandum.  
nam ut idem ait. Dictum eius quod non habet iurandi pondus  
vile est. Et iterum idem dicit in libro de forma et honestate  
vite. Nichil tibi intersit an affirmes an iures. de religio-  
ne enim et fide scias agi ubicumque de veritate tractatur. Nam  
et si de iurando deus non invocatur et invocatus non  
est testis. tamen non transias veritatem ne iusticie transi-  
as legem. Quod si aliquando coherceris ut mendacio. utere  
non ad falsum sed ad veri custodiam. Et si contingit fidelitatem  
mendacio redimere. non mentieris sed potius excusaberis.  
quia ubi honesta causa est iustus secreta non prodit.  
tacenda enim tacet loquenda loquitur. ita illi par est secre-  
ta tranquillitas. veritatem ergo puram dicas et simplicem.  
et deum roga ut verba mendacii longe a te faciat. Nam et  
salomon rogavit deum dicens. Duo rogavi te domine ne dene-  
ges michi antequam moriar. veritatem et verba mendacii  
longe fac a me. Et sicut non decet dicere contra veritatem  
ita et facere. Dicit enim beatus paulus in epistola ad corinthios.  
Non enim aliquid possumus aduersus veritatem sed pro  
veritate. et talem veritatem dicas que tibi credatur. alio-  
quin pro mendacio reputaretur et lucem veritatis non obti-  
neret. Nam veritas que non creditur mendacio reputatur.  
Et ideo dicitur supra mendacium dolosum perit fugando



Quia non est iudicandus mendax etiam qui dicit falsum  
quod putat verum. quia quantum in ipso est non fallit sed  
fallitur. Et econtra mentitur qui dicit verum quod putat  
falsum. nec est liber a mendacio qui omne resciens verum lo-  
quitur. sciens autem veritatem mentitur. ut beatus Augustinus  
dixit. Secundo requiras quid dicere vis utrum sit efficacius  
aut inane. efficaciam enim verba semper dicere debemus. in-  
ania vero verba penitus silere. Nit enim Seneca de forma  
et honestate vite. Sermo quoque tuus non sit inanis. sed  
aut consuletur aut doceat aut precipiat aut moneat. Et beatus  
Paulus in epistola ad thimo. dixit. Prophana et in-  
ania loqui deuita. Tercio requiras an dicas quod ratio-  
nabile sit an irrationabile. rationabilia verba semper sunt di-  
cenda. irrationabilia semper sunt tacenda. nam quod ratio-  
nabile caret non potest esse diuturnum. qui enim rationem secum per-  
tat vincit totum mundum. Unde si vis vincere totum mun-  
dum subice te rationi. ratione inuenta est adulescentia. Et  
etiam dici consuevit. Ante bene adhibita ratio certum quod  
optimum sit. neglecta vero multis implicatur erroribus.  
Quarto requiras utrum dicas quid asperum an dulce et sua-  
ue. Dulcia enim verba semper sunt proferenda. asperum vero  
tacenda et penitus obmittenda. Dixit enim Ihesus suam  
Tuba et psalterium suauiter faciunt melodiam. super verum autem  
lingua suavis. Et iterum idem dixit. Verbum dulce multipli-  
cat amicos et mitigat inimicos. Unde etiam dici con-  
suevit. Silva tenet leporem/sapientis lingua leporem.  
Et Pamphilus dicit. Excitat et nutrit facundia dulcis as-  
perum. Quinto requiras an dicas quid durum an molle.  
Mollia enim verba et non dura dicenda sunt. Nit enim salo-  
mon. mollis sermo frangit iram. sermo quoque tuus suauis  
tat furorem. Sexto requiras an dicas quid pulchrum. an  
vero turpe vel malum. nam pulchra et bona verba dicenda



4  
sunt/ turpibus et mali penitus dimissis. Nam dixit beatus paulus in epistola prima ad corinthios. Nolite se:  
duci/ corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et alibi dicit idem in epistola ad ephe. Omnis sermo malus ore vestro non procedat. Et iterum in eadem epistola subicit. Turpitudine aut stultiloquium aut scurrilitas/ que ad rem non pertinent non denominentur in vobis sicut debet sanctos. Et seneca de for. et honestate vite dixit. Quibus quoque turpibus abstinendo. quia licentia eorum in prudentia nutrit. Et salomon dixit. homo assuetus in vobis improperi/ non eruditur cunctis diebus vite sue. sermo itaque tuus non sit turpis/ sed semper in gracia sale sit conditus. Sic enim beatus paulus in epistola ad col. Sermo vester semper in gracia sale sit conditus ut scatis quomodo oporteat unicuique respondere. Septimo requiras ne quid dicas obscurum vel ambiguum/ sed dicere debes clarum et apertum. Dicit enim lex. Nichil interest neget quis an taceat an obscure respondeat quantum ad hoc ut incertum dimittit interrogantem. scriptum est enim sanctus enim est mutum esse quam quod nemo intelligat dicere. octavo requiras ne quid sophisticum dicas. Sic enim iherosolymus syrac Qui sophisticè loquitur odibilis est. omni re defraudabitur. non enim data est illi a deo gracia. Nono requiras ne quid iniuriosum vel contumeliosum dicas vel facias. scriptum est enim. multus iniuriatur qui prius facit iniuriam. Unde iherosolymus syrac dixit. Omnis iniurie proximi ne memineris. et nichil agas in operibus iniurie. Et cassiodorus dixit. Iniuria unus compago tota conteritur. Et etiam in epistola ad collo. paulus ait. Qui enim iniuriam facit accipiet quod inique gessit. Et seneca in epistola dicit. Ab alio expecta. quid alii feceris. Et hoc intelligo de qualibet iniuria et contumelia. et



maxime de illa que fit sub simulacōne boni. **N**it enim tul-  
lius. nullā capitalior est iniuria qm̄ eorū q̄ tūc cum mari-  
me fallūt id agunt ut boni viri esse videant. iniurie nam-  
q; et cōtumelie tam pessime sunt. ut non solū cuilibet no-  
ceant singulariter / sed etiā regnū p̄pterea destructōem et  
mutacōem qn̄q; paciatur. **N**am ut ait ihesus sirac. regnū  
a gente in gentem trāsfertur p̄pter iniusticias et iniurias  
et cōtumelias. et nō solum a dicendo uel faciēdo alii iniu-  
riam cohibere te debes et cessare. sed alii volenti etiā fa-  
cere uel dicere iniuriā obstare debes si cōmode potes. ait  
enim tullius in libro primo de officiis. **D**uo sunt iniusticie  
genera. vnū eorū qui inferūt. alter eorū qui ab hiis in qui-  
bus inferuntur si possunt non ap̄pullant iniuriā. et tam in-  
imico qui non obstat iniurie si potest q; si parētes patris  
aut amicos deserat. si cōmode potest ideo dixi. quia de-  
mum ea fieri dicunt que cōmode fieri possunt. ut lex nra  
dixit. **S**i alius tibi iniuriā dixerit / tacere debes. nā scri-  
psit **A**ug<sup>2</sup> in libro de summo bono. gloriosius est iniuriā  
tacendo fugere qm̄ respōdendo supare. **D**ecimo requir-  
ras ne quid sediciosum dicas. quia nichil est p̄nciosius  
in ciuitate qm̄ sedicio. **V**ndecimo ne quid irrisoriū dicas.  
neq; de amico neq; de inimico. nec de quolibet alio. **S**eri-  
ptum est enim. **A**micū nec ioco quidem illudere decet. et  
itey. **B**onus amicus lesus grauius irascit. inimicus autē  
p̄pter irrisiones de se factas tecum cito ad verba perueni-  
ret ac verbera. **Q**uibus autem irrisio de se facta displicet  
ita q; amor inter eos diminiuit. et s̄m regulam amicitie si  
amor minuat cito deficit et raro cōualescit. et certe p̄pter  
illusiōes cito diceretur tibi quod nolles audire. **N**ā dixit  
**S**alomō. **Q**ui temere aliena manifestat vicia intēpefit  
ue sua audiet crimina. **E**t dixit marcialis. **D**eridens aliū  
non inderisus abibit. **D**uodecimo req̄ras ne qd̄ dolosum



5  
dicas. Dicit em̄ p̄pheta. Disperdat domi2 vniuersa labia  
dolosa. et linguā magniloq̄z. Tredecimo requiras ne q̄d  
supbū dicas. Nā dixit salomon vbi fuerit supbia ibi con  
tumelia. vbi humilitas ibi sapiēcia cū glozia. Et iob dix  
it. Si ascenderit vs q̄z ad celos supbia/et caput ei2 nu  
bes tetigerit. quasi sterq̄limiū in fine p̄det. Et iherus s̄p̄  
rac dixit. Odibilis est corā deo et hoībus supbia/et exē  
crabilis iniquitas. Et itez/obiurgacō et iniurie ānullabūt  
substanciā. Et domus q̄ nimis locuples est ānullabitur  
supbia. Demq̄z requiras ne verbū ociosum requiras aut  
dicas. scriptū est nanq̄z. de omni verbo ocioso reddituri  
sumus rōnem. Sit itaq̄z verbū tuū verū efficac̄ non inane  
racōnabile dulce et suaue. molle et non durum. pulcrū  
et nō turpe vel malum. nō obscurū. nō ambiciosum. nō so  
phisticum. nō iniuriosum. nō cōtumeliosum. nō irrisorium  
nec sedicōsum. Hoc demq̄z trado tibi p̄ regula genera  
li. q̄ omnia facta que pietatē extimacōz et verecūdiam  
n̄raz ledūt. et vt generaliter dicam q̄ c̄tra bonos mores  
fiūt. nec nos facē credendū est/ vt lex n̄ra dicit q̄ nec dicē  
debem2 ea. Sic em̄ socrates. q̄ facere turpe est ea nec dicē  
honestū puto. honesta igit̄ semp dicere debes. nō tm̄ in  
tra extraneos/ s̄ etiā in̄ tuos. nec em̄ in̄ suos inhonestis  
verbis vti debet/ q̄ honesta in̄ter alios vti desiderat. cū in̄  
omni pte p̄ necessaria vite honesta est. Et certe infinita  
exempla sup hoc vbo quid/ ad eius exposicōz et intelligē  
tiā dici valerēt. s̄ hec ad p̄ns tibi dicta sufficiant.

#### De verbo cui

**H**abito sup hijs duabus sillabis quis et quid. ac  
cedamus ad tractandū sup dictōz cui. Et certe  
cum loqui desideras/ requiras cui loq̄ris. an amī  
co/ an aliq̄. Amico certe loqui bñ et recte petes. qz nichil  
est dulcius qm̄ habere amicū cum quo tanqm̄ cū teip̄o



loquaris. non tñ amico talia dicas de quibus p̄alandis  
timeas si postea inimicus fieret. **N**it em̄ seneca in episto-  
lis. **S**ic loq̄ris cum amicis tanquā deus audiat. et sic vi-  
ues cum hom̄ibus tanquā deus videat. **E**t alius dixit sic  
habeas amicū ut nō timeas ip̄m fieri inimicū. **E**t petr⁹ al-  
fon. dixit. p̄pter amicos nō p̄batos p̄uide tibi semel de in-  
imicis/millesies de amicis. q̄z forsan amicus q̄nq̄z fieret  
inimicus. et sic leui⁹ potit p̄quire damnū tuū. secretū ḡ  
tuū d̄ quo nō vis vel nō potes h̄re cōsiliū tibi habeas nul-  
li maifestas. **N**it em̄ ihesus sirac. amico et inimico noli e-  
narrare sensum tuū. et si ē tuū delictū noli enarrare seu de-  
nudare. audiet em̄ te et despiciet te et q̄si defendēs p̄c̄m  
tuū subridet te. **E**t alius dixit qd̄ secretū vis esse nemini  
dicas. **E**t alius dixit. vix estimes ab vno celari posse se-  
cretū. **E**t ali⁹ dixit cōsiliū vel secretū tuū absconditū q̄si in  
carcere tuo sit retrusum. reuelatū vō te in carcē suo tenet  
ligatū. quare dixit quidā sapiēs qui cōsiliū suū tenet i cor-  
de sui iuris meli⁹ est eligē. nā tui⁹ est tacē q̄z ut taceas  
aliū rogare. **N**it em̄ seneca. si tibi ip̄i nō impati vt taceas  
quō ab alio silenciū q̄ris. **S**i aut̄ de secreto cōsiliū h̄re vo-  
lueris amicissimo fideli et p̄bato illud cōmittas. **D**ixit em̄  
salomō. multi amici sunt tibi et cōsiliari⁹ vnus de mille. et  
catho dicit **C**ōsiliū archanū tacito cōmitte sodali. corpis  
auxiliū medico cōmitte fideli. **I**nimico aut̄ nō multum lo-  
q̄ris. nec secreta tua illi detegas. **N**it em̄ ysopus. nō de fi-  
datis secreta neq̄ hiis detegas. **C**ū q̄bus egistis pugne  
discrimina tristis. **E**t alibi idem. **N**ulla fides hosti tibi sit  
qua talia nosti. **P**roflus et hostilis tibi sit persuasio vi-  
lis. **E**t hoc etiā dico tibi. si cū inimico admittaris i gr̄am  
**S**criptū est em̄. cū inimico nemo tute i gr̄as redit. vapor  
em̄ odii sp̄ latet i pectore inici. **N**ā sene. ait. nūq̄ vbi diu  
fuit ignis deficit vapor. quare idem ait pro amico occidi



6  
pocius expedit/ q̄ cū inimico viuere. vnde et salomō. ait  
inimico antiquo ne credas incertum. et si humilis vadat  
ceruus nō credēs illi. cautus em̄ vtilitate non amicitia re-  
uertitur voluntate vt capiat fugiendo q̄ non potuit pse-  
quendo. et alibi idem ait. in oculis tuis illacrimabit mi-  
micus. et si vidit tempus non faciabitur sanguine tuo Et  
pe. alfonsius dixit ne te associes inimicis tuis cum alios  
posses reperire socios. que enim mala egeris notabunt.  
que vero bona fuerunt deuiabunt. Cum omnibus dem̄  
q̄ caute loquendū et faciendū est quia multi creduntur  
amici qui reuera sunt inimici quare idem dixit omnes ig-  
notos quasi inimicos suspitandos ait enim. non agredia-  
ris viam cum aliquo/ nisi quando eum cognoueris. et si  
quisnam ignotus tibi in via associauerit se iterq̄ tuum in-  
uestigauerit dic te velle longius ire q̄ disposueris et si  
detulerit lanceaz vade a dextris. si enseni vade a sinistris  
Item requiras vtrum sapienti vel insipienti loqueris.  
ait enim salomon in auribus in sapientium non loquaris  
quia despicient doctrinam eloqui tui. et iterum vir sapi-  
ens si cum stulto contendat siue irascatur siue rideat nō  
inueniet requiem. et iterum non respicit stultus vba pru-  
sias syrac dixit cum dormienti loquitur et qui narrat stul-  
to sapientiam et in fine dicit. quis est hic. Item requi-  
ras ne cum irrisore loqueris. scriptum est enim cum irri-  
sore consortium non habetas. loquele eius assiduitatem  
quasi toxicam fugias/ societas eius laqueus est. alternā  
q̄ affectabilis despectō. Et salomō dixit. noli arguere ir-  
risorem ne te oderit argue sapientem et diligit te. Et ses-  
neca ait. qui corrumpit irrisorem ipsi sibi iniuriam facit qui  
arguit impiū ipse sibi maculā q̄rit. Itē requiras ne cum im-  
guoso vel cū loquaci colloquiū habetas. ait enim p̄pheta.



Vir linguosus nō dirigetur in terra. Et iherosolimitanus dicit.  
Terribilis est vir linguosus in terra sua. et temerarius in  
verbo suo odibilis erit. Et iterum Qui odit loquacita-  
tem extinguit maliciam. Et alibi idem. Cum viro linguo-  
so nō loquaris. nec in ignem illius strues ligna nec cum  
fatuis cōsiliū habeas. nō enim poterūt diligere nisi qui  
eis placent. Itē requiras ne timis multū loquaris. Sic enim  
tullius. Ratio timicōrum penitus abiecta est. tinos grece  
latine dicitur canis. inde timici dicuntur latrantes ut canes.  
De quibus et similibus dixit dñs Nolite p̄cicere marga-  
ritas inter porcos. Item requiras ne cum maliuolis cō-  
tendas multum. Sic enim aug⁹. Sicut ignis quāto magis  
ligna suscepit semp in maiorem flāmam erigitur. ita ho-  
mo malus quāto magis ratiōem audierit semp in malicia  
excitatur. Et in maliuolam animā nō intrabit sapiētia. qua  
re catho dixit. Cōtra verbosos noli atterere verbis. Ter-  
tio datur cunctis animi sapiētia paucis. Item requiras  
ne secreta cum ebrioso vel muliere mala loquaris. Dicit  
enim salomo. Nullū secretum ubi regnat ebrietas. Et alius  
dixit. Garrulitas mulieris id solum celare nouit quōd nescit  
Demōq̄ requiras quibus audiētibus aliqd dicas. scriptū  
est enim. p̄spice te certū si vis p̄ferre sinistrū. ne lateat for-  
san cui maledicat idem. Et certe multa exempla ad expo-  
sitiōem et intelligētiā hui⁹ dictōis cui poni valerēt. s̄ in  
p̄ncipiū tibi sufficiant.

**N**unc accedas ad expositiōem huius aduerbiū cur  
et certe illud aduerbiū cur causam requirit. Re-  
quiras ergo dicti tui causam. nam sicut in factis  
et faciendis causa est req̄renda. dicente Seneca. cuiusq̄  
facti causam require. et cum inicitia inueneris exitus cogi-  
tabis. ita etiā in dictis causa est req̄renda. et sic sicut sine  
cā nō agit. nec mundus fortuitis casibus implicatur ut



7  
Cassiodorus ait. ita sine causa nil dicere debes. et sic ut  
in qualibet re quadruplex causa reperitur. scilicet causa efficiens ma-  
terialis formalis atque finalis. ita et in dictis quadruplex  
causa reperitur quinquies. Causa igitur dicitur tui/aut sit pro dei  
seruicio. aut pro humano comodo. aut pro utroque. aut  
forte pro amico. aut etiam pro omnibus predictis. pro dei  
seruicio. ut faciunt fratres predicatorum et minores. pro  
humano comodo ut faciunt causidici et aliorum oratores. **Na-**  
**secundum** beatum augustinum. licet aduocato vendere iustam aduo-  
cationem. et iurisperito vendere iustum consilium. et hoc  
quando dicitur verba pro humano comodo/requiras quid  
sit comodum et quale. debet enim esse pulcrum non turpe.  
quia secundum leges. turpia lucra sunt ab heredibus extor-  
quenda. quare seneca dixit. Turpe lucrum velut dispendium  
fugito. et alius dixit. Lucrum cum mala fama damnum est  
appellandum. Debet etiam esse comodum moderatum compo-  
nitur enim comodum ex con et modo. nam ut ait cassiodorus  
si comodum in mensuram equalitatis excessit/vim sui nominis  
non habebit. Decet etiam esse naturale et quasi diuine. id est  
cum modo nostro in alieno. ait enim lex naturaliter equum est  
nemine cum alterius iactura fieri locupletem. Cassiodorus  
ultra omnes crudelitates est diuitem velle fieri de exiguitate  
medici. Pro utroque autem. id est dei seruicio et humano como-  
do. dicunt verba alii sacerdotes et clerici seculares principis  
paliter pro dei seruicio secundario pro suo comodo. viuere enim  
debet de altari ut de cetera clamant. et etiam pau. in epi. i. ad  
cor. v. dicit. qui altari deseruiunt cum altari participat. ita et dominus  
qui ordinauit hiis qui euangelium denunciant de euangelio  
uiuere. qui dicit tamen clerici causam auertunt. quia princi-  
paliter dicunt verba pro humano comodo et pro bonis  
prebendis. et secundario pro dei seruicio quod facere  
non deberent. Causa vero dicendi pro amico te mouere



debet et tunc cū verba sint iusta et pulchra. lex em̄ amicitie  
s̄m tullii hec est. ut non rogemus res turpes. nec facia-  
mus rogatum. non em̄ pro amico facere debemus quod  
ad peccatū ptineat. Nam s̄m regulam amoris. non excu-  
satio peccati est si amici causa peccaueris. amica em̄ crimi-  
na si sibi feras facis tua plus. Etiam dicit q̄ hic peccat  
qui peccato obsequiū accomodat. crimen sibi parat qui  
nocentem adiuvat. Et locus fit culpe qui nocentem ad-  
iuuat. Et maxime in re turpi vbi duplex est peccatū. Sic  
enim Seneca. In turpi re peccare hic est delinquere. in  
noxie enim amicū defendere debes. ut verus defensor dis-  
caris. Sic enim cassiodorus. Ille pprie defensor est dicitur  
dus qui defendit innoxie amicū. Pro om̄ibus vero p̄di-  
ctis libentius verba fundas vtilia. sc̄z pro dei seruicō et a-  
mici vtilitate et comodo humano. Et licet multa exem-  
pla ad exposicōz huius aduerbii cur dici valeāt. hec bre-  
uitatis causa tibi sufficiāt

**P**redictis auditis et intellectis sup verbo cur. ex-  
posicōez et intellectū audias huius dictōis quo-  
modo. Et certe istud quomodo modū requirit.  
Requiras ergo modū dicēdi. nam sicut in rebus modus  
est seruāndus. de quo dici vsuevit. est modus in rebus sunt  
certi dem̄qz fines. quos vltra citraqz nequit cōsistere re-  
ctum. et ita in dictis si modus obmittat nichil laudabile  
poterit inueniri. Sic em̄ cassio. Modus vtiqz laudabile  
est. Modus itaqz tuus quāduplex sit sc̄z in p̄nūcia cōne/in  
velocitate/in tarditate/in qualitate/et in quātitate. Vi-  
dendū ē igit q̄d sit p̄nūciacō. Promūciacō ē verborū dige-  
ritas rebus et sensibz accomodata et corporis moderacōe  
Hec em̄ tantū excellit. ut s̄m sn̄iam marci tullii q̄ dicit  
indocta actō laudabile actū cōsequit si optime p̄ferat.  
et q̄uis exposita si indecentē v̄dicit̄ contemptū irrūsiōem



mereat. In pronūciacōne itaq; primū exerceri debes vo-  
cis et spiritus moderacōem. et corpis et lingue motus.  
Vicia quoq; si qua sunt oris/diligenti cura emendanda  
sunt. ne verba sint inflata uel alienata uel in faucibus frē-  
den- cia. nec vocis immunitate resonantia. non aspera fren-  
dentibus uel hinnatibus labiis prolata. sed pressim et es-  
qualiter et leuiter et clara pronūciata. ut suis quoq; lis-  
tere sonis enūciētur. et vnumq; verbum legitimo ac s-  
cētū decorretur. nec immoderato clamore vociferetur nec  
ostentacōnis causa frangatur oracō. vey pro locis rebus  
causis et temporibus dispensanda est. Nam alia simplicia  
tate narranda sunt. alia auctoritate suadenda. alia cum  
indignacōne depromēda. alia miseracōne flectenda. Ita  
ut vox et oracō semp sue cause cōueniant. Obseruādum  
est ut recta sit facies ne labia distorqueantur. nec immos-  
dicus hiatus. nec supinus vultus. nec deiecti in terrā oculus.  
li. nec inclinata ceruix. nec eleuata aut depressa supercilia.  
quia nichil potest complacere quod non deceat. Et s; m  
Tulliu. Caput artis est dicere quid facias. labra lambere  
uel mordere est deforme. Cum etiā in diffimēdis verbis /  
modicus debeat esse eorū motus. Ore non magis qm las-  
bis loquendum est. Dicēda quoq; sunt submissa leuiter.  
incitata grauiter. inflexa moderate. Cum magna dicim;  
Grauiter proferenda sunt. cum parua dicimus subtiliter.  
cum mediocria tempate. Nā in paruis causis nichil grā-  
de nichil sublime dicendū est/ sed leui ac pedestri more  
loquendum. In causis vero maioribus. vbi deo uel ho-  
minū salutem referimus. plus magnificencie et fulgoris  
erhibendum est. In tempatis vero causis vbi nichil agis  
tur nisi ut auditor delectetur moderate dicendū est. sed  
quāuis de rebus magnis quisq; dicat. non tamē grandis-  
ter dicere debet. Cum ergo aliquis laudat vel vituperat



tempate dicere debet. Nam Ieneca de forma et hor estate  
vite dicit. Lauda pce vitupa pcus. Similit est reprehē  
denda nimia laudacō/sicut immodata vitupacō. hec em  
adulacōne/illa malignitate suspecta est. in p̄na em sui  
aliquis laudari non debet. Scriptū est em. Laudare pre  
sentē nec ledere decet. In velocitate et tarditate etiam  
modum requiras. vey tñ aliū in dicēdo qm faciendo. nō  
em debes esse velox ad loquendū sed tardus/cum mode  
ramine operenti. Sic em beatus Iacobus in episto. sua.  
Esto velox ad audiendū/tardus vero ad loquendum. et  
tardus ad iram. Et Salomō dixit Vidisti hominē velo  
cem ad loquēdū stulticia magis supanda est qz illi2 cor  
rectō. Et Cassiodorus dixit. Nec est regalis proculdu  
bio virtus. tardius in vba prorūpere/et celerius necessas  
ria sentire. Similit in iudicādo tardus esse debes. Scri  
ptum est em. Optimū iudicē existimo qui cito intelligit.  
et tarde iudicat. deliberare em vltima moza est tutissima.  
Inde etiam dici consuevit. Ad penitentiā properat qui ci  
to iudicat. competēs em moza in talibus non est repro  
banda est. Nam dici consuevit Omnis moza odiosa est/  
sed facit sapientē. Similit in consiliis reqras tarditatē  
et non velocitatem uel festinanciā. Scrip tū est em de cō  
siliis. Quid diu tractaueris v̄puta rectissimum. Velox  
emm consiliū sequitur penitēcia. Et Seneca dixit. Tria  
sunt otaria consilio. festinancia ira et cupiditas. In fa  
ciendo autem post deliberacōem velocitatē exercere de  
bes. Sic emm Seneca in epistolis suis. Vinus di cito qz  
facias. Et diu deliberato cito facito. Celeritas enim gra  
tum facit beneficiū. Et Salomon dixit Vidisti virum ve  
locem in omni opere suo coram regibus stabit. nec erit in  
ter ignobiles. Et Ihesus sirac dixit. In omnibus operi  
bus tuis velox esto. et omnis infirmitas non occurret tibi



occurreret tibi. non tñ tantam velocitatem exerceas/que  
 opis pfectõnem impediãt. in quãtitate insup modũ req  
 ras non multa dicenda. nã in multiloquio nõ deest pctm  
 Et salomõ in eccle. dixit. multas curas sequunt somnia  
 et in multis sermõibus inuenitur stulticia. Et alibi dixit  
 idem. in omi ope erit habũdancia. vbi aut verba plurima  
 ibi frequẽter egestas. et seneca dixit. Nichil eque pderit  
 quã quiescere. et cum aliis loqui mima/secũ autem multa  
 moderate tñ loqui et tacere debes. panphalus dixit. nec  
 nimũ taceas / nec verba supflua dicas. Audias ergo plu  
 rima / respondeas vò pauca. vt quidã philosophus dixit.  
 nam et socrates dixit. Cõmibus placẽ poteris / si gesseris  
 optima / et locutus fueris pauca. In qualitate demqz ta  
 cendi modum requiras scz dicendo bñ. scriptũ est em. pñs  
 cipũ amicicie est bñ loqui. male dicere vero est exordiũ  
 inimiciciaz. et dicendo verba leta / honesta / lauda / et sim  
 plicia pposita plano cre / vultu quieto / facie pposita / sine  
 inodato cachimo. clamore nullo plara. de quibus salo  
 mon dixit. fauis mellis verba pposita / dulcedo anime et  
 dictõis quõ sufficiant

**S**peft demqz videre de intelli **De vbo qñ.**  
 gencia et expõsicõẽ h2 adverbis qñ. certe istud  
 qñ tpus requirit. Requiras ergo diligentẽ tpus  
 dicendi / simul et ordinẽ. Sic em ihesus syrac. hõ sapiens  
 tacebit vsqz ad tps. lasciu2 aut et imprudens nõ obserua  
 bit tps. seruando ergo tps seqris verbũ salomonis dicẽ  
 tis. temp2 dicendi et tẽp2 tacendi. Magna em res est.  
 vocis et silenciĩ tẽpimentũ. vt seneca dixit. Serua itaqz si  
 lencium / donec loqui fuerit necessariũ. et nõ solum tuũ si  
 lenciũ serua / s3 etiã aliorũ silenciũ expecta. expectare igit  
 tempus dicendi debes donec tibi pbeatũr auditus. Sic



em ihesus syrac. Vbi non est auditus/non effundas ser-  
monē. Et importune noli extollē insipientiā tuā. impos-  
tuna em̄ est narracō tua/qñ tibi non p̄beatur auditus. et  
est quasi musica in luctu/importuna narracō. et qui nar-  
rat verbū non attendenti/quasi qui excitat dormientem  
a graui somno. Et non solum in dicendo aliis/s; etiam in  
respōdendo tempus expectare debes. nam scriptū est ne  
aperes respondere. donec finis fuerit interrogacōis. Nam  
vt ait salomon. Qui prius rñdit anquā audiat stultum  
se esse demonstrat et confusione dignū. Similit̄ qui prius  
loquit̄ q; discat/ad contemptū et irrisionē p̄perat. Vñ iher-  
sus syrac dixit. Ante iudiciū para iusticiā. et anquā loq̄-  
ris discas. Singula ergo suo loco et tpe dicenda sunt /p̄-  
postero ordine p̄mit̄ obmissio. Nam si de p̄dicacōne loq̄-  
desideras tpe cgruo prius hostuariā dicas. postea vero al-  
legoriā. tercio tropologiā. Si vero de epistolis tractes.  
primo loco et tpe pone salutacōne. sc̄do exordium. tercio  
narracōnem. quarto peticōnem. quinto cōclusionem. Si  
aut̄ de orationando et ambasiatis faciendis studeas. pri-  
mo loco et tempore salutacōnem dicas. sc̄do vero amen-  
dacōnem/tā illoꝝ ad quos ambasiata dirigē q; socioꝝ  
tecum ambasiatā portancū. tercio ambasiatā siue narra-  
cōnem eius qd̄ tibi impositū fuerit. quarto exhortacōez  
dicendo suasoria verba ad cōsequendū id qd̄ postulat fieri.  
Quinto peticōez allegando mō quo id qd̄ postulat fieri  
valeat. Sexto exempli peticō. inducendo. et exempla de  
rebus in similibus negocijs factis et obseruatis. Septimo  
demq; a s̄ḡbis sufficientē rōnem ad om̄ia p̄dicta. et hoc  
tā v̄gi. ma. primo posuit salutacōez dicens. a. m. sc̄do amē-  
tacōez di. g. p. d. t. tercio cōfortacōez di. ne ti. ma. quarto  
vō p̄mit̄ annūciacōez dicens. Ecce accipies et pa. filium.



15  
Quinto posuit modi exp̄ssionem cum dixit sp̄s sanctus  
sup̄ueniet in te/virtus al. ob. tibi. Sexto posuit exēplum  
cum dixit Elizabeth cognata tu. pa. fi. in se. zc. Septimo  
assignauit sufficientē rōem ad p̄dicta/cū dixit. quia non  
erit impossibile apud deū om̄e verbū. Si aut̄ ex legibus  
et decretis et decretalibus tractare volueris. primo tem-  
pore et loco l̄ram ponas. sc̄do casum. tercio l̄re exp̄sicio-  
nem. quarto similia. q̄nto d̄tria. sexto solucōes. et sic de  
qualibz sciēcia q̄ ad eā ptineāt s̄m prius et posteri<sup>2</sup> sunt  
dicenda. Hec dem̄qz exempla sup̄ hoc ad uerbū q̄n ad p̄-  
dicta sufficiant. Tu aut̄ ex ingenio tibi a deo p̄-  
futo multa sup̄ hoc et sup̄ quolibet verbo huius versiculi  
si p̄ tue volūtatis arbitrio poteris excogitare. Nam si  
ab abcdario scripture l̄re voluerit/ita sup̄ hoc versicu-  
lo quicquid dici vel tacere debet fere posset inflecti.  
Hanc igit̄ doctrinā sup̄ dicēdo vel tacēdo breuiter comp̄-  
bensam tibi et aliis fratribus tuis literatis scribere cura-  
uisti. quia vita l̄ratorū potius in dicēdo q̄m in faciēdo cō-  
sistit. Seneca hoc testante qui ait. Stulta est et minime  
cōueniens l̄rato viro. occupacō exercēdi lacertos. et dila-  
tandi virtutē. Si aut̄ sup̄ faciēdo volueris habere do-  
ctrinam detrahas de isto versiculo hoc uerbum dicas. et  
loco illi<sup>2</sup> ponas hoc uerbū facias. ut dicat. Quis quid  
cui facias cur quō q̄n req̄ras. Et ita fere om̄ia que dicta  
sunt supra et multa alia/potuerūt ad hoc uerbum facias  
v̄. Huius dem̄qz auditis te circa p̄dicta exercitacōne int̄-  
tissima. et vsu acri exerceas. Nam exercitacō naturam et  
ingeniū sepe vincit. et vsus omninū magistrorū p̄cepta su-  
perat. Et sic poteris doctrinam dicendi et faciendi in p̄o-  
ptum habere. Deū insup̄ adoro/qui michi donauit p̄di-  
cta tibi narrare. vt ad eterna gaudia nos faciat puenire  
Amen.



The text on this page is extremely faint and illegible, appearing as a ghostly impression of handwriting. The visible fragments suggest a dense Latin text, possibly a liturgical or scholarly work. Some faintly discernible words include "et", "in", "per", "omnium", "sanctorum", "et", "in", "per", "omnium", "sanctorum", "et", "in", "per", "omnium", "sanctorum", "et", "in", "per", "omnium", "sanctorum".